

N. 19.

A. D. 1272.

(28 novembre, Indiz. XV).

<i>Data di luogo</i>	Monopoli.
<i>Rogatario</i>	Bartolomeo, notaio.
<i>Descrizione</i>	Gotica, 24 × 40.
<i>Contenuto</i>	Instrumento come il precedente, in cui è contenuta un'altra carta del 1235, 24 aprile, VIII Indiz. L'Abbadessa Isabella richiede al costruttore di barche Ioannicio, figlio di maestro Ursone, il titolo scritto per cui possiede una casa presso <i>S. Nicola di porto aspero</i> in Monopoli dalla parte di mare. Si riesce a sapere che un tempo si era litigato con l'Abbate Leone di Conversano, poi l'Abbate si era accontentato di 4 once d'oro per una sol volta e del censo di 3 libbre e mezzo di cera annua al Monastero.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Quo nos a penis christi natale redemit. Anno millesimo ducentesimo septuagesimo secundo. Regnante domino nostro Karolo dei gratia Illustrissimo Rege Sicilie, ducatus Apulie et principatus capue. alme Urbis Senatore. Andegavie provincie et forcalquerii comite at Romani imperii per Sanctam Romanam ecclesiam in Tuscia vicarius generalis Regni eius anno septimo. mense novembri vicesimo octavo die eiusdem, Indictionis quindecime apud monopolim, Nos Stephanus de Sire Gregorio Dannario et Iacobus de Maraldo Regii monopolitani Iudices, Bartholomeus puplicus eiusdem terre notarius, Iohannes humilis monopolitani archidiaconus, Maio de sire Raone. et Rogerius de Iudice maiore. Notarius Melis filius quondam Philippi notarii et Iohannes de Scala filius quondam Mathei de Scala cives monopolitani testes licterati ad hoc specialiter vocati et rogati presenti puplico scripto fatemur quoniam domina ISABELLA VENERABILIS ABBATISSA monasterii monialium Sancti BENEDICTI DE CUPERSANO prescripto die in nostra presencia requisivit Iaconum Marinum filium quondam Nicolai bucerii concivem nostrum ut instrumentum quod habet de concessione domus et criptarum subter eam existentium prope ecclesiam Sancti Nicolai de portu aspero ex parte Orientis sibi ostenderet et copiam faceret de eodem pro eo quod 10  
15

sua et predicti sui monasterii interesse dicebat habere ipsum authenticatum ad ius dicti  
 sui monasterii presequendum et tuendum. qui ad requisicionem eiusdem domine Abbatisse  
 statim ostendit et assignavit eidem domine Abbatisse et nobis instrumentum unum quod  
 vidimus non rasum non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte corruptum set  
 20 omni vitium et suspicione carens et in prima sui figura existens. quod legimus et eius  
 continentia per omnia talis erat: Anno dominice incarnationis Millesimo centesimo octo-  
 gesimo septimo Regnante domino nostro GUILLELMO rege Sicilie invictissimo. Ducatus  
 Apulie principatusque Capue filio et erede domini Guillelmi Regis beate memorie Anno  
 vicesimo secundo Mense Augusti vicesimo sexto, Indictione quinta. Quia regularis aucto-  
 25 ritas prelatos ecclesiarum admonet vigilanti cura supra res earum previdere ne in ali-  
 quo fraudentur idecirco Ego LAURENTIUS abbas et rector monasterii Sancti Benedicti  
 de Cupersano filius Gregorii previdens supra res quas nostra ecclesia Sancti Nicolai portu  
 aspero in pertinentiis Monopolis tenet et possidet relatu quorundam intellexi Robbertum  
 bancarium magistrum filium dominici et francescum et Iacobum cambisarium generum  
 30 cum filiis Stephani de Noha cum edificio domus ipsius Iacobi magistri et criptas ipsius  
 Roberti cepissent de terra nostre ecclesie ultra quas ipsi Roberto a nostris antecessori-  
 bus est concessum quod quidem ipsi penitus defendebant . . . inter nos questio vertebar-  
 tur. Quia vero decet ecclesiasticos non solum domesticis et tributariis set et quilibet pie-  
 tatis vi viscera largiri eis quod patrono affectu fovere et manutencere idcoque ego pre-  
 35 fatus Abbas consensu et voluntate nostrorum confratrum qui inferius subtestati sunt bona  
 mea et gratuita voluntate mecum siro Iohannaccaro milite de Renga prenomine filio do-  
 mini Paonis militis in omnibus subscriptis advocate astante ante presentiam domini Sa-  
 raceni regalis Iudicis et siri Raonis militis filii domini Eustasii Iudicis et Achonij filii  
 Leonis testium subscriptorum per fustum, ut mos est, tradidi et concessi eisdem Robberto  
 40 longamanus et Iacobo magistro et eorum heredibus scilicet Iacobo affato domum cum terre  
 ante se et affato Robberto predictas duas criptas cum . . . . ci de taliata et scalam et  
 unum suppinnum que omnes sunt in tenimento ipsius ecclesie nostre Sancti Nicolai prope  
 eandem ecclesiam in parte Orientis quales hodie videntur edificate cum earum omnibus  
 pertinentiis utilitatibus cum superioribus et subterioribus suis cum omnibus in fra se  
 45 habitis et contentis cum transitibus et exitibus suis usque ad vias publicas tali modo  
 ut ipsi et sui heredes usque ad infinitum pres . . . . domum cum terre ante se et cum  
 omnibus qualiter prelegitur et nominatas criptas cum suppinno iamdicto et omnibus affa-  
 tis et sui heredes dominantur ut quicunque voluerint exinde faciant in subscripta ratione  
 sine omni nostra nostrorumque ipsorum contrarietate et requisitione omniumque homi-  
 50 num dantes nostre ecclesie Sancti Nicolai per singulos annos in festo Sancti Nicolai men-  
 sis Decembris tres libbras de bona cera quarum una pars Iacobi et reliqua partes dicti  
 Robberti. Sin vero casu accidens predicta domus cum omnibus affatis et iamdictis criptas

cum suppinno et omnibus affatis vendere voluerint potestas sit eis et eorum heredibus  
 cuiilibet vendere salvo tamen prefato incenso et decimam precij quod inde accepturi sunt  
 sine fraude ipsi nostro monasterio. Et ad hanc nostram concessionem confirmanda ut  
 boni ecclesie filii dederunt nobis quartam partem unius uncie auri tarenorum bonorum  
 Sicilie pro paro uno de cero statis emendis ad usum nostri monasterii. Ea propter voluntarie  
 ego qui supra Abbas coram ipsis domini regalis Iudicis presencia et aliorum predictorum testium subscriptorum uadiam eisdem Roberto et Iacobo magistro meque  
 mediatorem dedi tali pacto ut ego et successores mei maneamus semper in hac concessione  
 qualiter prelegitur defendantes eam eis et eorum heredibus ab omni humana persona cum eis  
 proinde causare quomodo cunque. Contra quod si fecerimus demus eis decem solidos au-  
 reos regales bonos totidemque in dominico inviti preterea omnia predicta eis perficientibus  
 districto me ipso mediatore meisque successoribus qui eis licentiam dedi pignerare me  
 meosque successores in omnibus rebus ipsius nostri monasterii lege velitis et permisis-  
 donec omnia predicta a nobis perficiantur. Quod scripsit MARALDITIUS Notarius qui inter-  
 fuit et signo signavit una cum nostris fratribus et affatis idoneis subtestati sumus. Quo  
 instrumento diligenter inspecto et perfecto. predicta DOMINA ABBATISSA petiit humiliter  
 ut ipsum ex nostro officio, ut iuris et moris est, autenticari sibi et in publicam formam  
 redigi faceremus eoque predictum originale remansurum erat penes predictum laconum  
 Marinum, eius petitionem quia insitam esse cognovimus admicentes instrumentum ipsum  
 fideliter de verbo ad verbum nichil inde addito vel minuto transcribi autenticari et in pre-  
 sente publica forma redigi fecimus per manus mei qui supra BARTHOLOMEI publici mo-  
 nopolitani notarii signo meo solito nostrorum predictorum Iudicium nostrum etiam predicti  
 ARCHIDIACONI et testium subtestacionibus roboratum. et erat predictum instrumentum ta-  
 liter subtestatum, Ego LAURENTIUS ABBAS hoc confirmo. Ego frater Augustinus monachus  
 et PRIOR Sancti Nicolai hoc testor. SARACENUS qui supra Index. Ego Achonius testis sum.  
 Quod scripsi ego predictus Bartholomeus notarius quia predictis rogatus interfui et meo  
 solito signo signavi.

† Regalis monopolitanus Iudex Stephanus Dammarius

80

† Iacobus monopolitanorum Iudex

85

† Maio de sire Maione qui testatur

90

† Roggerius notarius testatur

95

† Melis Philippi notarii filius

100

† Iohannes de Paolo testatur.